

Sermo

eras. quātomagis quia dixit tibi tunc lauare et mundaberis. Si possibile eēt iam omnes deberetis hodie confiteri. vt haberetis partem de beneficijs ecclesiasticis. **I**deo dixit **I**obes concordans cum figura dicta. Si confiteamur peccata nostra fidelis et iustus est deus vt remittat nobis peccata nra. et emūdet nos ab omni iniquitate. **I**ob. i. **N**odo scitis i quib' opibus debetis h' tempus sanctū expendere. **D**eo grās.

Feria quinta post diem **L**inerū sermo.

Ego veniam et sanabo eum. **M**atth. viij. **C**onclusio ē et doctrina generalis i sancta theologia q' in qualibet conuersione peccatoris d' mala vita ad bonam. de culpa ad gratiaz. de vicio ad virtutem. in tali cōuersione si sit vera semp deus p'sentialiter venit per grām. nec ad talem cōuersionem sufficit posse alicui' creature. s. hominis vel angeli. quia sine me nihil potest facere. **I**ob. xij. **C**onclusio est omniū theologoz **E**t hec conclusio potest declarari per regulā ad generalem cōuersionem et redemptionē mundi ad quā ipse deus venit p'sentialiter. quia nullus ali' fuisset ad hoc potens vel sufficiens. **Q**uēadmoduz in magno hospitali in quo iacet multi infirmi d' infirmitate incurabili. oportet q' ad curādū eos veniat magnus medicus. **S**ic omnes eramus decumbentes in hospitali huius mūdi magnis infirmitatibus peccatoruz propter quod de studio paradisi venit ille magnus medicus praticare. et infirmos curare. **I**deo **A**ug' sup illo verbo **M**atth. ix. **N**on veni vocare iustos: s' peccatores. dicens: **D**e celo ad nos venit medicus magnus. quia per totum mundū iacebat egrot' **P**at' ergo q' ad redemptionē vniuersalē necessarius fuit eius aduentus **S**ic dico q' in cōuersione peccatoris oportet ipm venire p'sentialiter. quia nullus alius esset sufficiens. **I**deo dauid in spiritu pphetie intelligens istam conclusionē et doctrinā de aduentu eius regratians deo dicit anime sue in ps. cij. **B**enedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. **B**enedic anima mea domino et noli obliuisci omnes retributiones eius. **Q**ui p'piciat omnibus iniquitatibus tuis q' sanat omnes infirmitates tuas. **I**deo quādo ille centurio de quo loquitur euāgelii hodiernū supplicabat christo vt veniret ad curandum seruitorē suū **R**espōdit christus. ego veniā et curabo eum. **S**ed quare dixit veniam. qz non iuit nec ire intendebat. nūqd' dixit mendaciū. **R**espōdeo q' fm doctores quando deus curabat aliquē i corpore etiam curabat in anima. quia dei pfecta sunt opera. **I**deo dicebat ipse totuz hominē sanum feci. **I**ob. viij. **T**antum. id est. in corpe et anima. et nisi ipse veniat p gratiam nulla anima potest curari. **I**deo ppter

hoc dixit. ego veniam. non per p'sentiā corporalem. sed per grām spūalem et curabo eum. **C**ū ergo christus sit medicus p'prie et immediat' ipi' anime peccatricis videam' quomodo curat animā infirmā **I**sta materia est multū subtilis **I**deo declarabo vobis eā per similitudinē medici corporalis: q' in curatiōe corporis facit septē. **P**at' bonus medicus primo vult videre infirmū qui cōmunit' iacet in camera clausa et obscura. **S**e cūdo medic' accendit lucernā et respicit ei' faciē in q' cognoscit interiorē dispositionē.

Primo facies eius inspicit.

Secundo pulsus tangit.

Tertio vrina attendit.

Quarto dieta p'cipit.

Quinto syropus imittit.

Sexto purgatio tribuit.

Septimo refectio p'ceditur.

Omnia ista per ordinē seruat christ' medic' celestis in curatione anime peccatis. **E**t p'mo vult videre faciē. id ē. dispositionē peccatoris. q' iacet in camera obscura culpe in lecto peccati. nec videt periculum demoniorū qui eum obseruāt. **Q**uia si peccator videret clare bonā q' per peccatū amittit et mala que incurrit. et periculū i quo est. statim exiret de peccato. **I**deo dixit dauid loquēdo de peccatorib' in ps. lxxxij. **N**escierūt neq' intellexerūt i tenebris ambulat et c. **N**ō cum dicit. nescierūt bonā scz q' pdiderūt. neq' intellexerunt. s. mala que incurrit. in tenebris ambulat. scz non videntes periculū in quo sūt scz cadendi in infernū si tunc morerent' **S**z quādo venit xps accēdit lucernā sue misericordie quam ponit corā facie. i. p'scia peccatoris ipam illustrādo vt sua peccata cognoscat. **N**ā religiosus dicit. **M**iser tot anni sūt et c. **I**dē de clericis et laicis tunc illustrat radio diuine misericordie qm cognoscit suā malam vitā et peccata q' fecit. **I**deo scriptura dicit. **L**ucerna dñi spiraculus hois que inuestigat oia secreta vētris. id ē. mentis. **P**rou. xx. **H**anc practicā fuit christ'. et fuit in curatiōe beati petri q' in nocte sue passionis cū abnegauit xpm in p'ma abnegatione nō cognouit pctm. qz iacebat in obscura camera. nec i scda nec i tertia. **S**z dicit textus q' gall' cātauit. **E**t p'uersus dñs respexit petrū. **E**t recordatus ē petrus vbi qd' dixerat ei ihs. **P**riusq' gallus cantet ter me negabis. **E**t regressus foras fleuit amare. **L**uce. xxij. **N**ota q' xps nō respexit petrū in p'ma negatiōe nec in scda. sed post tertiā postq' gallus cātauit **S**ed q're tunc magis ipm respexit q' ante. **D**icit beatus **G**reg' i moral. q' gallus gātans sigt' predicatorem duplici rōne. **P**rima quia gallus anteq' cantet excitat se cum alis seipm pcutiendo. **S**ic p'dicator p'mo debet seipm excitare duabus alis seipm excutiendo et pcutiēdo. primo debet a peccato cauere. scdo debet bonā vitā p'tinuare

Feria sexta post Lincrum

Quia si vult alijs predicare humilitate videat quod ipse non sit superbus. et sic de alijs. **I**do dicit aplos **M**o enim audeo loqui aliquid eorum quod pro me non efficit christus. **R**oma. xv. **I**dem **C**astigo corpus meum et in fuitutez redigo. ne forte cum alijs predicauerim ipse reprobus efficiar. **I**. **C**or. ix. **S**ecunda ratio est. quod gallus fortius et sepius catat in fine noctis appropinquante die. **I**ta predicator forti et sepius debet predicare. modo in fine noctis huius vite appropinquante die iudicii. **E**t nota hic quomodo deus fecit multas questiones **J**ob inter quas fuit ista. **Q**uis posuit in visceribus hominis sapientiam. vel quis dedit gallo intelligentiam. **J**ob. xxxviii. **N**on loquitur de gallo aiali. sed de predicatore spirituali qui debet habere sapientiam cauendi a peccatis. et tenendi bonam vitam et intelligentiam predicandi: maxime modo scilicet in fine noctis. ut gentes surgant de peccatis. **Q**uoniam ergo gallus cantat predicando. scilicet predicator. ita christus respicit nos illuminando. **T**unc enim habetis cogitationem et recordationem de peccatis. **E**cce ergo primum opus medicinalis cure domini nostri ihesu christi **S**ecundum opus medicum corporalis est pulsus tactus. **S**ic et christus et hoc in cordis contritione. **N**am contritio est quedam medicinalis tactus manus christi in vena cordis. **E**t sicut medicus tangit pulsum cum tota manu. sed vno digito singulariter sentit. sic etiam christus cum manu sue misericordie que manus habet quinque digitos. id est quinque motiva contritionis tangit pulsum. **E**t primum est timor damnationis eterne que est quasi pollex. quod contra peccatores ab isto incipiunt contritionem scilicet timore. **S**ecundus est dolor perditionis. quod ex peccatis perdit totum meritum tantum quod si tunc moreretur. nihil sibi valeret bona que fecit. **I**do plorat sicut mercator qui perdidit. **T**ertius est dampnum. quod perdidit hereditatem paradiisi. qualiter tristaretur et quomodo esset regis primo genito dolor. si culpa sua perderet hereditatem regni. **Q**uartus est quando principaliter cogitas quod peccando offendisti creatorem tuum qui tot bona tibi dederat. **Q**uintus cogitando quod effectus est ex peccatis inimicus angelorum et omnium civium celorum. ac si omnes huius ville essent tui inimici capitales. peior est illa inimicia. **P**atet ergo quod vera contritio non est nisi quedam medicinalis tactus diuine manus. **D**eus est autoritas. **A**bij amarum indignationem spiritus mei. **I**do manus domini erat mecum confortans me scilicet dando contritionem. et propositum non redeundi ad peccata. **E**zech. iij. **I**do confessores in fine confessionis debent interrogare et dicere. **D**isplicet vobis etiam illa peccata et habetis propositum non redeundi ad ea. **S**i dicit. non. non est absolutus. **T**ertio attenditur vrina. nam in aqua medicus cognoscit infirmitatem et corporis dispositionem. et ecce hic oris confessio. nam per confessionem ostendit et monstrat interior dispositionem peccatoris. **C**onfessio est sicut vrinale in quo vrina peccatoris fetens ab interiori exiens ostenditur

confessori. et ibi infirmitates anime cognoscunt. **S**ed requiritur quod vrinale sit clarum. id est. clare confiteatur peccata sua. **N**ota contra illos qui palliate et excusantes se continentur accusando alios. oportet enim clare ostendere vrinam male vite confessori. se fortiter accusando seruata veritate. **I**deo do vobis consilium ne velitis facere confessionem vestram cum illis confessionibus ordinatis et in picturam. quod ibi est duplex error. **P**rimo accusando se de peccatis que non fecit quod est peccatum mortale mentiri in confessione. **S**ecundo quia per illas generalitates multa peccata absconduntur. **I**lle confessiones solum sunt ad memorandum peccata. sed non ad confitendum. **I**tem requiritur quod os vrinale sit clausum. scilicet ne in confessione vestra reuelatis peccatum alterius. imo quod si aliquis peccauerit cum sorore vel filia auertat se et gratias confessorum qui non cognoscat filiam vel sororem ne peccatum publicetur. **S**i autem non inuenit talem confessorum debet sic facere et dicere. **P**ater ego peccavi cum vna multum mihi propinqua. ista est mens beati **T**homas. in iij. dist. xvj. scilicet suare famam alterius in confessione. **D**e ista confessione est autoritas figuratiue. **A**it iosue ad **A**chan. **F**ili mi da gloriam deo israel et confitere. atque indica mihi quid feceris: ne abscondas. **R**espondit **A**chan iosue et dixit ei. **V**ere ego peccavi domino deo israel. et sic feci. **I**osue. vii. **N**ota cum dicitur fili. **H**ic habet exemplum confessorum ut loquantur dulciter peccatori. **E**t ideo apostolus. **S**i preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. ad **Gal.** vi. et loquitur confessoribus. **S**ecundo dicit. da gloriam deo israel. quia honor que fit confessori. deo fit. quia confessor habetur loco dei. **N**ota contra illos qui ambulando volunt profiteri sicut si tripudiant et cetera. **Q**uarto dieta precipitur cognita infirmitate hoc fit in vite restrictione et abstinentia a peccatorum occasione. verbi gratia. **N**am dieta quam dat christus mediante confessore superbo vano et propositum est quod humilietur. **I**dem de muliere vana. et sic de alijs peccatis luxurie. auaricie et cetera. **N**ota contra aliquos confessores qui nesciunt dare nisi dietam missarum. cuiuslibet morbo apponunt vnam medicinam. **N**ota etiam contra illos qui nolunt tenere dietam datam a confessore pro sanitate anime. sed bene seruant dietam a medico pro sanitate corporis. **I**deo aplos. **C**harissimi obsecro vos abstinete a carnalibus desiderijs que militant aduersus animas. **I**. **P**et. ij. **Q**uinto syropus imittitur hoc fit in grata et deuota oratione. **S**yropus est dulcis. sic dulcis est et oratio. **N**unquam videretur tibi dulce si omni hora posses loqui cum rege vel papa. **C**um christo rege et papa loquitur homo in deuota oratione. **E**t ipse respondet iuxta modum dando consolationem illuminationes bonum propositum. et istis filiis. **S**ed multi sunt surdi qui non audiunt.

S David propheta audiuit. ideo dicit in oratione in ps. cxvij. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel oris meo. Secundo syropus recipitur de mane et de sero in certa mensura Sic debet fieri oratio deuota mane et sero et in certo numero scilicet tot Pater noster. et tot Aue maria etc. Tertio syropus recipitur cum aqua calida mixta. Sic etiam quando in oratione deus dat aliquas lachrymas etc. De quo dicitur. potius dabis nobis in lachrymis in mensura. ps. lxxix. De isto dicit christus. Oportet semper orare. i. omni die scilicet mane et sero et non deficere. Luc. xvij

Sexto purgatio tribuitur Hoc fit in ablatione restitutione et iniuriarum remissione. Purgatio enim amara expellit humores corruptos superfluos et emittit eos. Purgatio datur contra coleram. et significat quod debemus remittere iniurias propter deum. claudere oculos. Dicant gentes quicquid voluerint. necessarium est restituere iniuriam. tu latro habes aliquid de furto in domo vel tu usurarius. vel tu manumissor. tu iudex. tu aduocatus. tu mercator. vel tu clericus. si cuius symonia obtinuisti beneficium. necessaria est vobis purgatio restitutionis si vultis saluari. et ideo dicitur. Non enim dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Regula est tam theologo quam iurista rum. xiiij. q. vj. Si res. Certe diceret aliquis. Ista purgatio amara est. alie medicine satis placent mihi. Remedium contra istam amaritudinem est gustare siue mordere in vna parte malipunici amari quod fit cogitando acerbitatem eterne damnationis. et mortem per quam vi vel gratis te oportet dimittere omnia que habes. Melius est modo dimittere merito restituendo. **U**n Hieronymus ad paulinum vlt. cap. Facile contemnit omnia qui semper cogitat se esse moriturum. Cum remedio huius cogitationis leuiter recipitur purgatio restitutionis. unde apostolus. Reddite omnibus debita et nemini quicquam debeatis Roma. xiiij. **S**eptimo refectio conceditur quando pro confortatione dantur carnes non de boue vel de vacca. sed de pullo. et hoc fit in eucharistie comunione. quia facta restitutione homo potest comunicare et comedere agnum filium illius benedictae ouis virginis marie. Caro est delicatissima et bibitur vinum scilicet eius sanguis que intra hostiam continentur. Unde ipsemet dicit. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo. Joh. vj. Sicut enim corpus infirmi confortatur in refectioe. sic anima in digna comunione. **S**icut infirmo esset mors nisi purgatione comedere carnes. ita peccatori nisi restitutione comicare. Ecce ergo dicit. Ego veniam et curabo eum quod est thema. Deo gratias.

Festa sexta post Trinitatem. primo. j.

Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus. Matth. vj. thema est verbum christi auisando nos dicendo. Attendite ne etc. Dominus ihesus christus in hoc themate vocat penitentiam iusticiam. Et etiam consuetudo in sacra pagina tam in veteri quam in nouo testamento quod vera penitentia dicitur iusticia. Ratio. quia per penitentiam homo facit veram iusticiam de se et de omnibus bonis ex quibus communiter peccauimus que sunt tria. scilicet corpus materiale. anima rationalis. substantia temporalis. Penitentia enim si vera est debet facere iusticiam et punitionem de his tribus. Et primo facit iusticiam de corpore per ieiunia. vigiliis. disciplinas. peregrinationes etc. ipsum affligendo. quia eius inclinatio multa peccata committimus. Et ideo deus facit iusticiam de corpore in inferno per illos malos ministros. Homo per penitentiam debet hic facere iusticiam. Hoc privilegium fecit deus singulariter humane nature quod quilibet fecit iudicem in causa propria. Et si homo facit iusticiam de seipso est penitens. Ecce privilegium. Si nosmetipsos iudicemus non utique a domino iudicemur in corpore nostro. j. Cor. xj. Ideo quando anima penitentis que fecit iusticiam venit coram christo ad iudicium et accusatur a demonibus. tunc anima respondet dictum david in ps. cxvij. Feci iudicium et iusticiam non tradas me caluniantibus me. Item penitentia de anima. Multa peccata sunt intra animam per cogitationes malas. per odium. rancorem. maliciam. per malam voluntatem. vel per errores. et falsas opiniones. Sed penitentia facit iusticiam per deuotas orationes quasi animam suspendendo vinculo orationis deuote. que per collum transit verbaliter cuius caput ligatur in pede cathedre christi. quasi dicendo. Domine ex quo ego sum iudex in causa propria suspendendo animam meam etc. ne vos eam suspendatis in furca inferni etc. Tertio penitentia facit iusticiam de bonis temporalibus que fuerunt tibi occasio peccandi faciendo furta secreta. rapinam. usuram. exactiones superfluas recipiendo precium laborum seruum retinendo. vel bona ecclesie vel defectorum non soluendo decimas. primitias etc. Penitentia autem facit iusticiam. scilicet restituendo. Patet ergo quod vera penitentia non est nisi iusticia. Ideo dicitur si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est. et fecerit iudicium et iusticiam vita viuet et non morietur omnia iniquitatum eius quas operatus est non recordabor in iusticia quam operatus est viuet. Ezech. xvij. De ista iusticia scilicet vera penitentia loquitur thema cum dicit. Attendite ne iusticiam vestram. id est penitentiam faciatis coram hominibus. Patet ergo thema. Quod sit autem cauendum ne iusticia peni-